

Sect. I II. An à priori demonstretur tale ens esse.

35

VII.

vitiam dicam. Si autem illa propositio sumatur in priori sensu, falsa inveniatur, vt patet in dicto exemplo de hoc, vel in illo de triangulo, quod Aristoteles assertanu[m] licet habere tres angulos aequalis duobus rectis, per se primò conuenient triangulo, non conuenient per illum effectu[m] isocheli. Atque ita, qui crederet esse duo entia improducta, diceret quidem secundum rem viri, conuenire per se primò esse, quia neutri per alterum, neque virtus aliud effectu[m], & hoc modo non esse inconveniens ut idem praedicatum duabus rebus conuenient per se primò, quia non est necessarium, vt tale praedicatum sit viuensale, vel ad eam res spectu o[rum] & singulorum, quibus dicto modo per se primo conuenit. Secundum rōnem autem negaret, qui sic opinaretur, q[uod] esse conueniat per se pri mo Deo, vt Deus est, iei[us] vt tale ens, sed enti improductu[m] vt sic cuius rō[us] (posita illa hypothesi) secundum intellectum abstracteret ab hoc vel illo ente improductu[m], & per illam secundum tāndem distinctionem rationis conuenire esse h[ic], vel illi eni[us] improductu[m]. Vnde cum in illo disciru[m] dicatur Deo non conuenire esse aliud, si intelligat, id est, per eam efficiente, verum est, & recte probatur ex eo quod ei[us] ens improductu[m], si vero intelligatur, i.e. non per aliam rōnem abstractiorē sūm p[re]cise[n]iōne intellectus, sic negabatur illa propositio ab eo qui posuerit duo entia improducta; nec in e[st]en[u]lo probari potest ex disciru[m] factō.

Et declaratur amplius disciru[tas], nam vt ratio aequaliter, & sine sequiuocatione procedat, loquendum est de esse, & ente seu eo quod est cum proportione. Aut ergo est sermo de tali determinato esse quod est in re, aut de esse si sic secundum rōnem abstracto. Prior modo verum est hoc esse particularē quod est in Deo, per se primo conuenire Deo vt Deus est, & adequare conuenire illi, & formaliter in nullo esse nisi in ipso, seu in eo supposito quod est Deus, participatum aut in nullo esse nisi per ipsum. Ex hoc aut in inferni non potest efficaciter, nullum aliud esse posse alteri enim conuenire per se primō, nam potest cogitari aliud realiter distinctum ab esse Dei, & non participatum ab ipso. Neq[ue] apparat quo ex dicto disciru[m] hoc proberetur impossibile. Si vero sit sermo de esse vt sic, & abstracto secundum rationem, sic negabatur, subiectum seu quasi subiectum eius, cui adaequata comparatur ac per se primò conuenit posterioritate, esse hoc ens singulare, quod appellat Deus, quia non est necesse, vt cōs[ider]atio ratio per se primò dicatur de re singulari. Vnde si esse abstracto sumatur, vt est analogum quoddam ad esse improductu[m], & productu[m], non videtur per se primò conuenire Deo aut enti improductu, sed enti vt sic, vt est quoddam analogum ad ens per essentiam, & participatum. Si autem minus abstracte sumatur esse pro eis improducta, sic etiam dicetur esse quid commune secundum rationem, & ideo non comparari per se primò, & adaequare ad hoc ens quod est hic Deus, sed ad ens improductu[m], quod etiam ponitur esse commune secundum rationem ad plura entia improducta, immo & in viuocum si consequenter procedatur iuxta illam hypothesis. Quia licet sit falsa, & similiter falsa sit quod ad illam consequentur, tamen hoc ipsum non videtur posse conuinci illo disciru[m], cuius efficacitatem inquirimus.

Dicitur forte in ea rōne supponi[us] ens esse analogum, & ideo ipsum esse non posse reduci ad rationem communem cui per se primò conueniat, sed ad rem aliquam singularem, & inde consequenter inferri, non posse per illā conuenire aliis formaliter, & secundum rationem: ideo; recte concludi conuenire per illam effectu[m]. Item dicunt potest (quod fere in idem reddit) rationem illam supponere in Deo non posse abstracti rationem quasi genericam, & specificam, communem, & particularem, & ideo perinde esse, quod aliquid conueniat Deo, vt tale ens est, vel ut ens improductum est. Veritatem h[ic] responsio non videatur efficaciam præbere rationi facta, nec satisfacere, duplicit ex causa. Prior est, quia (ut omittam id quod dicitur de analogia entis, esse sub opinione, quod satis est ad infinitandam vim demonstrationis) plena analogia entis recte declarata supponit emanationem, & dependentiam omnium entium a Deo, vt patet ex superiori dictis de analogia entis ad Deum, & creaturas: ergo si prædicta ratio supponit analogiam entis resp[on]su[m] Dei, & omnium aliorum quae habent, esse supponit B quod probandum est, scilicet habere esse nisi per dependentiam a Deo. Altera cā est, quia, enati posita analogia, non probatur, ex analogia sequitur emanationem, sed (solum in qualitatibus). Vnde dici facile possit, licet esse secundum principale, ac primarium significatum eius, per se primo conueniat filio Deo, tamen secundum rōnem alij minus principiale conuenient alij entibus improductis, quia non est necesse vt in analogiis secundarii significatu[m] effectu[m] maneat a primario. Deniq[ue] g[ener]at licet ens sit analogus resp[on]su[m] entis secundum & creati, vel subiectu[m] & accidentis, nihilominus r[ati]onē posset esse viuocum ad plures substantias improductas, sicut de facto re vera est viuocum ad substantias creatas, inter se m̄ comparatas. Vnde quod dicebatur, in Deo, non esse rationem cōcēd, nec particularem, si intelligatur de ratione communis analogia, & abstracti secundum rationem nostram, falsum est: Si vero de ratione viuocā, licet in re verum sit, tamen fortasse negaretur ab eo qui ponet plura entia improducta, & ideo non est supponendum in prædicta ratione, ne pertatur principiu[m].

Secunda ratio cur entia per essentiam non possint esse plura.

A D h[ic] omnia responderi potest addendo ratione. 7. vbi sic argumentatur, Si sint duo quo[r]um viuocum necesse est esse, oportet q[uod] conueniat in intentione necessitatis essendi, oportet igitur quod distinguatur per aliquid quod additur, vel virtute, vel alteri, & sic oportet, vel alterum, vel viuocum esse compositum, nullum autem compositum est necesse esse per se ipsum. Atq[ue] ita concludit non posse esse plura, quorum viuocum que sibi necesse est. Hic aut disciru[m] est est valde difficultas: nam si quid probaret, etiam conuinceret non dari unum conceptum entis, vel substantiam communem Deo, & creaturis. Item totus ille disciru[m] applicari potest ad tres diuinis personas quatenus in ratione personarum conuenient: nō simili argumento concludi possit eas fore comp[ar]itas ex communione intentione persona, & aliquo

VIII.
D.Thom.